

For. \*exorbitat à  
regula. Rerūq; prin  
cipalis.

præstat. Cæterum nec filius agnosceretur, quem nunq̄ pater nuncupauit: nec missus crederetur, quem nunq̄ mandator designauit. Nuncupaturus pater, & designaturus mandator, si fuisset. Suspectū habebitur omne, quod \*exorbitaria regula rerūq; principales gradus non sinit postorius agnosci patrem post filium, & mandatorem post mandatum, & CHRISTVM post deum. Nihil origine sua prius est in agnitione, quia nec in dispositione, subito filius & subito missus & subito CHRISTVS. Atqui nihil putem à deo subitum, quia nihil à deo non dispositum. Si autem dispositum, cur & non prædicatum, ut probari posset & dispositum ex prædicatione, & diuinū ex dispositione. Et utiq; tantum opus, quod scilicet humanæ saluti parabatur, uel eatenus subitum non fuisset, quā per fidem profuturū. In quantū enim credi habebat ut prodesset, in tantū paraturam desiderabat ut credi posset, substructam fundamentis dispositionis & prædicationis, quo ordine fides informata, merito & homini indicaretur à deo, & deo exhiberetur ab homine. Ex agnitione debes credere quia posset, quæ scilicet credere didicisset ex prædicatione. Non fuit, inquis, ordo eiusmodi necessarius, quia statim se & filium & missum, & dei CHRISTVM, rebus ipsis esset probaturus per documenta uirtutum. At ego negabo solam hanc illi speciem ad testimonium competisse, quam & ipse postmodum exautorauit. Siquidem edicens multos uenturos, & signa facturos, & uirtutes magnas ædituros, auersionem etiam electorum, nec ideo tamen admittendos, temerariam signorū & uirtutum fidem ostendit, ut etiam apud pseudochristos facillimarū. Aut quale est si inde se uoluit probari, & intelligi, & recipi, ex uirtutibus dico, unde \*cæteris noluit æque & ipsos tam subito uenturos, quā à nullo autore prædicatos? Sed quia prior eis uenit, & prior uirtutum documēta signauit, idcirco quasi locum in balneis, ita fidem occupauit, posteris quibusq; præripuit. Vide ne & ipse in cōditione posteriorū deprehendatur, posterior inuentus creatore, ante iam cognito, & proinde uirtutes ante operato, & nō aliter præfato, nō esse alijs credendū, post eū scilicet. Igitur sic priorē uenisse, & priorē de posteris pronunciasse, Hoc fidem cludet, prædamnatus erit & ipse iam ab eo quo posterior est agnitus, & solius erit autoritas creatoris hoc in posteris constituendi, qui nullo posterior non potuit. Iam nunc cum probaturus sim creatorē, easdem uirtutes, quas solas ad fidem CHRISTO tuo uendicas, interdum per famulos suos retro ædidisse, interdū per CHRISTVM suum ædendas destinasse, possum & ex hoc merito præscribere, tanto magis CHRISTVM non ex solis uirtutibus credendū fuisse, quanto illum non alterius quā creatoris interpretari potuissent, ut respondentes uirtutibus creatoris, & æditis per famulos suos, & in CHRISTVM suum repromissis: quanq; etsi alia documenta inuenirentur in tuo CHRISTO, noua scilicet, facilius crederemus etiam noua eiusdem esse cuius & uetera, quā cuius tantummodo noua, egentia experimentis fidei uictricis uetustatis: ut sic quoq; prædicatus

Fort. cæteros.

Locum in balneis  
occupare.

ADVE  
predicatus  
idem, quā  
nam, & fi  
comes, d  
CHRIST  
CHRISTV  
STVS agn  
nolui, ut d  
filius ante  
& ipse fid  
STVM  
re, ut no  
tante, tanto  
in homin  
lationem  
patientiar  
excantato  
STI, nunc  
tante par  
et sustine  
sine causa  
interdit  
mit, po  
cus tam  
modum  
quiescent  
uirtus &  
STVM, S  
colunt c  
STVS qu  
uoluit: Q  
merit: A  
rederent  
ru, proin  
si & ipse  
uirtus cr  
dat adue  
tus ordi  
et eius, p  
quasi de  
tum & c